

Adiudicatio ville Ossinszowo episcopo Ma:
dislaviensi.

Nos Vincentius iudex Brzestensis notum faci-
mus universis presentes literas inspecturis, quod
veniens ad nos à iudicio domini regis Poloniae di-
cretus vir Hubislaus heres de Dambrowa, recepto
à nobis ministeriali, venerabilem in Christo patrem
dominum Mathiam Wladislaviensis ecclesie episcopum,
ad nostram presentiam et ad iudicium domi-
ni predicti regis citavit, quo citato pro quadam par-
te hereditatis Ossinszowo, itaque predictus dominus
episcopus, et Hubislaus iam dictus, in termino eis
præfixo personaliter comparuerunt, et in causa ipso-
rum processerunt. Predictus vero Hubislaus domi-
num episcopum iam dictum impetebat coram nobis
querulando, asserens iam istam partem hereditatis,
suum verum patrimonium esse, quod etiam vellet
testibus authenticis approbare, quibus conscriptis
contra dominum episcopum predictum et suum
capitulum, minime probavit, in peremptorio termino
sibi præfixo cum eisdem testibus non comparuit, nec
que parere curavit, nec occasionem ceptam appro-
bavit. Nos vero habito consilio fratrum nostrorum
et assessorum iudicio predicto salubri, predictam
partem hereditatis in Ossinszowo, domino episcopo
ecclesie predictæ et suis successoribus, testis feria
proxima post Dominicam Letare, iure hereditario
seu perpetuo adiudicavimus tenendam ac possiden-
dam, Hubislao supradicto et suis posteris silentium

perpetuum

perpetuum imponentes, ut de cetero nullam super ean-
dem partem, et sui posteri movere debeant actionem.
Et ne super hoc alicui dubium criatur, presentes li-
teras fecimus sigillo nostro roborari. Datum in
Brzest anno Domini millesimo trecentesimo qua-
dragesimo nono. Presentibus honorabilibus viris ba-
ronibus, domino Chebia castellano fratre subpincer-
na Brzestensis, Dobeslao castellano Polubiensi, San-
divojo subiudice Brzestensi, Nemierza de Przewieczie-
rzino, Burchoslao eadem de Przewieczierzino, et aliis
quam plurimis fidelibus.